



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

33. Executor quando non teneatur sequi consilium eius, quem testator
mandarat consulendu[m]. & num 34. & 35.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

quatur, ipsum tenebitur sequi: vt l. si quis arbitratus ff. de verb. obligat. l. fin. C. de contrahenda emptione & tenet Spec. in d. nunc aliqua. versicul. quid si testator.

Fallit † primò, vbi de pluribus debebat ille 33
consulere vel arbitrari, & non fuisset arbitratus de omnibus: quia cogetur adhuc arbitrari: vt ff. de arbitris. l. quid tamen. extra de electione, cum terra, & extra de testamen. c. tua.

† Fallit secundò, vbi talis consulendus mo- 34
reretur priusquam arbitraretur, vel consulere-
ret: quia expirat arbitrium & videtur in
causa quasi caduci: vt l. si quis arbitratus. ff. de
verbo oblig. & l. sequent. & de offic. deleg. c.
fin. Quod non videtur verum quinimo succe-
det episcopus tanquam legitimus, maxime ad
pias causas: vt dicam infra de executore le-
gitimo.

Fallit † tertio, vbi talis consultus inique 35
fuisset arbitratus: quia recurretur ad arbitrium
boni viri: vt extra de regular. & trãseuntib.
ad religionem c. licet. ultra medium. C. de con-
trahend.

trahend. emption. l. fina. l. hæc venditio ff. eodem ff. pro socio. l. si societatem. & l. sequen. Quod est verum, quando est dubium, quod male arbitratus sit. Secus, si esset certum, vt l. pater alias. incipit: quidam d. Papinianus. ff. de administ. tut. l. vt gradatim. §. 1. ff. de muneribus & honoribus. de arbitris c. cum olim. ad fin. c. quintaualis. & c. veniens. de iureiurando. de electione. c. in causis.

Superest discutere de personis. Nam si sunt aliquæ personæ permissæ, non debet executor eligere personas prohibitas. † Sed bene
 36 verum est, quod inter personas permissas potest eligere idoneiorem, & inter pauperes pauperiorem: vt in l. id quod. in 22. q. quarta partis per l. cum quidam ff. de lega. 2. Et similiter, si est relictum singularibus personis, non debet eligere vniuersitates, vel loca. Circa personas verò prohibitas distingui oportet. Aut sunt prohibiti à lege, veluti sunt incestuosi & similes, & executor illos non eliget: quia non videtur datum arbitrium exequendi contra leges: argu. l. quanquam. ff. de ritu nup. & l. Lucius. ff. ad municip. Aut sunt prohibiti per testato-